



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

10

CHRIST. WILDVOGELII, Icti,

CONSILIARII SAXO ISENAC. INTIMI, COLLEGII IVRIDICI SENIORIS ET h. t. DECANI, NEC NON ACADEMIAE PRO-RECTORIS,

DE

SCENA RIDICVLORVM

Ad Nou. CV. cap. 1.

PROGRAMMA INAUGVRALE

P. P.

In Academia Ienensi, d. XIII. Iulii. A. O. R. MDCCXXI.



I E N A E,
LITTERIS MULLERIANIS

CHRISTIAN

CONSILIA
CI SE

SC

PRO

In A

10

CHRIST. WILDVOGELII, Icti,

CONSILIARII SAXO ISENAC. INTIMI, COLLEGII IVRIDI-
CI SENIORIS ET h. t. DECANI, NEC NON ACA-
DEMIÆ PRO-RECTORIS,

DE

SCENA RIDICVLORVM

Ad Nou. CV. cap. 1.

PROGRAMMA INAUGVRALE

P. P.

In Academia Ienensi, d. XIII. Iulii. A. O. R. MDCCXXI.



I E N A E,
LITTERIS MULLERIANIS

10 17 1888

Dear Sir,

Received of you


the sum of

Five hundred



F. V. A.

...



Inter varias artes, quibus populum in officio retinere allaborabant quondam Romanorum Imperatores, non ultima erat exhibitio spectaculorum: quibus non amorem solum & obsequium civium aucupari; sed & illos a seditionibus & molitionibus contra rem publicam auocare studebant. Etiam si enim plebs otio dedita facile in vitia deflectat, atque hinc labore potius & assiduo manuum opere a sceleribus arceatur; neutiquam tamen negandum est, remissione aliquali a consuetis occupationibus & delectatione quadam interceden-

dente animos eius magis ad subjectionem commoueri, atque gratiam Principis cum seueritate permittam amplioſſimam Imperantibus conciliare auctoritatem. Factum hinc, ut apud Graecos pariter ac Romanos eiusmodi Iudi, in honorem partim deaſtrorum gentilium, partim uiuentium Ducum ac Regum haud mediocribus ſumptibus fuerint inſtituti, omnes eo tendentes, ut populus hilaritate quadam recreetur & oblectatione ueluti demulciatur leuiter.

Quin & Conſulibus apud Romanos lege publica iniungebatur, tam ſub initium, quam in progreſſu officii annui ſpectacula populo ad animi uoluptatem propriis expenſis edere: quae deinde ad certum numerum reducere placuit glorioſiſſimo Imp. Iuſtiniano, illisque ſeptem designare *πρῶτους* ſeu proceſſus, uti uocantur in Nouell. *CV. cap. 1.* Inter hos quintum conſtituit locum **SCENA RIDICULORVM**: Eam autem designat Imperator, qua ſit tragædis & thymelicis choris & ſpectaculis ab uniuerſis conſpiciendis audientisque apertum theatrum.

Nolumus hic de ipſa forma theatri, eiusue partibus, quarum prima erat *Scena*, eſſe ſolicitum;

eum

cum haec omnia latius ab antiquitatum scriptoribus, praecipue Rosmo, *antiqu. roman. lib. 5. cap. 4.* latius sint exposita: nec de risu, quatenus legibus prohibitus, uel concessus sit, edisseremus: Illud saltem annotasse sufficiat, publicam utilitatem per istos ludos promouere & mentes populi laboribus pressas hisce delectamentis recreare uoluisse Imperatores, prout Coet. Rhodigin. *antiqu. lect. lib. 6. cap. 17.* memorat. Etiam si uero prudentissimi Principes uoluptatem hanc ciuibus indulserint; ipsos tamen ludorum Scenicorum actores, si quaestus causa hanc artem exercerent & ob praemium in Scenam proderent, ignominia notarunt, prout Pegasus & Nerva filius responderunt, autore Vlpiano, *in l. 2. §. 4. d. his qui not. infam.* quin & militem, qui tale quid peregit, capite fuisse puniendum, Menander scripsit, prout Macer obseruat *in l. 14. de poen.* ut hac ratione constet, non omnne licitum esse honestum, atque praestare bonis artibus ad uictum parandum incumbere potius, quam oblectationibus uanis quaestum facere. Si ab antiquis illis ad nostra tempora progrediamur, notum est, Spectacula huiusmodi ludos Scenicos, in Germanorum Republicam fuisse translata, & Co-

moedias, uel operas communiter salutari: de quibus, quid statuendum, & an inter illos, qui Christo dederunt nomen, isti sint tolerandi? non una, cum Theologorum, tum Politicorum est sententia. Ius sane canonicum; Clericos penitus prohibet, interesse talibus ludis theatralibus, *cap. 12. Et m. diuit. Et honest. cler.* adeoque illos penitus reicit: quibus adsentit *Imperator in Auth. Interdicimus. c. d. Episc. Et Cler.* Inprimis contra usum spectaculorum prolixius agit *Gisbert. Voet. p. 4. Select. Disp. 24. Et 29. add. Amelius. d. conse. lib. 5. c. 39.* Sanchez uero *d. matrim. lib. 9. Disp. 46. n. 41. seq.* una cum aliis moralis Theologiae Doctoribus illa non improbant, sed, si modo absque scandalo peragantur, permittit: quod & placet *Petr. Greg. Tholosano Synt. Iur. uniu. l. 39. c. 5. Conzenio lib. 3. Polit. c. 13. Albert. Gentili d. actor. Et spectat. Pabul. c. 19. Stryckio in not. ad Brannem. Ius eccles. lib. 1. c. 62. membr. 10. §. 2.* Quod si enim honestam animi relaxationem & delectationem ciuibus indulgent leges; ecquis prudentiam damnabit scenarum ludorum usum; inprimis cum sint spectacula uiua illorum, quae in orbe geruntur & tam mirum condigna praemia,

mia, quam uitiorum poenas & tristici euen-
 tum repraesentant, atque sic non uoluptati so-
 lum, sed etiam morum formationi inferuire
 queant; Hinc in Ordinatione ecclesiastica Se-
 renissimorum Saxoniae Ducum, stirpis Erne-
 stinae, *lib. 2. cap. 22. n. 9.* disertis uerbis legitur;
 theatrales ludos & pugillorum certamina die-
 bus quibus sacra non celebrantur admittendos
 esse, tum modo absque lasciuia & scandalo iu-
 uenum ac puellarum peragantur. *vid. haec ipsa*
latius deducta apud celeberrimum in Academia
VVittebergensi quondam Theologiae Doctorem
& Professore Balduinum d. cas. causa. lib. 4. cap.
1. cas. 2. Meisner. Phisof. sobr. p. ex Sect. e. cap. 4.
qu. 1. Gerhard. Decad. 8. Quaest. polit. 3. Seruy,
Jur. sac. Iustin. lib. 1. Tit. 4. ad l. 33. C. d. Episc.
 Sed permittamus cuicumque recreationes suas ex spe-
 etalis ludicris ortas. Maiores certe delectationem
 percipiunt illi, qui bonatum artium studio dediti,
 quotidiana librorum lectione eruditionem quaer-
 runt, & sapientiam ueram inuestigant, quae
 non animum solum exhilarat, sed & honores
 promittit, atque emolumenta per totam uitam
 duratura.

Egit

Egit id ipsum praestantissimus ac praeclarissimus
Iurium Candidatus

ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHAL,

qui testimonium industriae a nobis expetit, & nunc in *Scenari* non ridiculorum, sed sapientum & *Brüditorum* est producendus: Nec cum ludicris delectationibus, aut inerti otio tempus certe consumsit, sed multis vigiliis atque laboribus illud quaesivit, quod mentem exhilarare & reipublicae patriae commodam procreare posset, promeritus ob id, ut uita Ipsius optime gesta atque studia hactenus magna laude ac eruditione excolta more recepto commemorarentur.

Lucem is adspexit in celeberrima urbe *Suerinensis*, sede Ducali conspicua, anno post Christum natum MDCC. ipso Dominico die, cui antiqua ecclesia *Lactare* nomen dedit; prognatus parentibus honestissimis. Patre quidem maxime reuerendo, GEORGIO WESTPHALO, ecclesiae cathedralis, quae *Suerini* est. Antistite per multa iustra

ui-

uigilantissimo, Viro Patriarum rerum & historiae ecclesiasticae ualde gnaro ac uersatissimo, cuius proinde operam in supplendis factis & rebus gestis Mecklenburgicis, eruditi undique scriptis publicis ac uotis desiderant: Matre uero omni uirtutum genere Sexus sui ornatissima faemina, ANNA SOPHIA BESELINIA, illustris uiri IOANNIS CHRISTIANI BESELINI, Icti, & Serenissimi Megapolitani Ducis FRIDERICI WILHELMI, dum uiueret, Consiliarii intimi, laudatissima Sobole: Quos dilectissimos Parentes, adhuc superstites, ut diuinum Numen superna gratia ulterius sospites & incolumes in seros annos conseruet, ex filiali pietate Noster precatur.

Horum igitur indefessa cura a primis statim incunabulis doctrina tinctus fuit necessaria, adscitis ad id magistris integritate & fidelitate maxime conspicuis, MASIO, Scholae Suerineris Rectore dexterrimo, tum WIZIO ac SCHROEDERO, Duumuiris de Schola Patria optime merentibus. Sic iactis studiorum fundamentis, postquam iurium principia ex institutione Cognati sui, quem ueneratur ac depraedicat, IOANNIS SCHVL-

b

TZII,

TZII, ICti, & Serenissimo Duci Megapolitano iam
 regnanti CAROLO LEOPOLDO a consiliis au-
 licis ac Archiuarii percepisset; Academiam Patri-
 am, *Rostochium* an. MDCCXVII. adiit, ibique
 acutissimi Philosophiae Professoris FR. ALB.
 AEPINI doctrinæ semet commisit, atque tum
Iuris naturalis principia, juxta tradita *Puffen-*
dorffii in Elegantissimo libello *de Offic. Hom. &*
ciu. tum praecepta *Metaphysices, Physices,*
Theologiae naturalis, ac Logices, hausit: u-
 sus praeterea doctissimi HILDEBRANDI, Iu-
 rium Doctoris lectionibus in Instituta & Di-
 gesta, ad ductum excellentissimi *Hoppii* & il-
 lustris *SCHOEPFERI*; *Feudalis* uero iuris co-
 gnitionem a consultissimo STEINIO, Alinae
 uradinae Professore desideratissimo petiit, in-
 super etiam in subselliis opponentium publice uir-
 res suas periclitatus: Hac eruditionis non uulgaris
 penu instructus, integro biennio elapso, in regiam
 Uniuersitatem, quae *Hallis* floret, an. MDCCXIX. se
 contulit, ibique imprimis id egit, ut praeter *Ciu-*
lis iuris, Canonici quoque *naturalis* itidem ac
publici & historiarum praecepta addisce-
 ret. Iden illustrem THOMASIVM, cum is Hi-
 sto-

storiā iuris naturae, & annotationes suas de
 reliquiis doctrinarum Pontificum in foris Pro-
 testantium inconcinnarum ad *Lancellotti* Insti-
 tutiones Iuris canonici, ac singulatim ad librum
 IV. de criminibus explicaret, sedulo audiuit,
 praetereaque lectionibus eiusdem in fundamen-
 ta Iuris Nat. ac Emendationes Iurisprudētiaē di-
 uinae, regulas item genuinae Hermeneuticae, nec
 non Iurisprudētiaē consultatoriā interfuit. Et,
 cum multa praeclara tum in laudatis praelectio-
 nibus, tum in recentissimis Scholiis ad *Titii ius eccle-*
siasticum proposita animaduertēret, praecipue sibi
 gratulatur, quod Ictus hic eximius Ipsi occasionem
 non denegauerit, illorum dilucidationem cu-
 ratius percipiendi: Institueratis enim collegium
 quoddam priuatissimum disputatorium, ad
 proponenda dubia, circa doctrinas in scriptis
 suis professas, selegeratque ipsemet oppositōes,
 & auditores, inque horum numerum Candida-
 tum nostrum recipere non dedignabatur, imo
 recentissimo selectissimoque *collegio conuersato-*
rio super uariis doctrinis ac consuetudinibus
 Reip. & Ecclesiae noxiis ac familiaribus, inter-
 esse Ipsi concessit. Veneratur porro singularem

industriam Consilarii regii A LVDEWIG, quo
 duce *Historiae* elementa ex limpidis fontibus
 deducta degustavit, atque res Germaniae a Ro-
 manorum, Francorum, Carolingorum, Teutoni-
 corum Regum & Caesarum acuis, ad nouissimum
 usque Seculum gestas, pragmatica methodo sibi
 reddidit familiares: neque neglexit, sed saepius adiit
 scholas ipsius, cum *Iuris Feudalis* Longobardi-
 ci, pariter ac Germanici Imperii placita, sigillatim
 per omnes prouincias ac regiones recepta expo-
 neret, non secus ac doctrinas *historiarum, iuri-
 um, praerogatiuarum, regionum Germaniae,
 Principis*, itemque Institutiones *Iurispublici*, prae-
 eunte *Schwuedero*, ICTo famigeratissimo; de prae-
 dicat insuper Viri huius longe celeberrimi singula-
 rem humanitatem, qua hospitem se Ipsi prae-
 benignissimum, nec unquam recusauit priuatis
 consiliis, doctrinis & supellectile sua literaria ex-
 quisitissima, commodis suis subuenire: Neque sic
 sitim expleuit suam, sed longius progressus, noti-
 tiam *Historiae ecclesiasticae*, sigillatim trium pri-
 morum seculorum & *iuris canonici* ac Protestanti-
 um ecclesiastici, ab eximio ICTo & intimioris ad-
 missionis Consilario regio BOEHMERO proposi-
 tam,

tam, affectus est. Eidemque adiunxit excellentissimos ICtos, LVDOVICVM & GVNDELINGIVM; Illum quidem *Pandectarum* doctrinam & *iuris naturae* principia, autore *Pufendorfio*, exponentem; Huncuero *historiarum* cognitionem tradentem, itemque *Iuris publici* fontes ad ductum *de Cocceii* aperientem, sedulo auscultavit: nec sine animi delectatione attendit *Meditationes* de Deo, anima & mundo; quas reiectis inutilibus philosophantium sententiis, proposuit clarissimus Mathematicum Professor CHRISTIANVS WOLFFIVS: Doctorem praeterea sibi elegit, Professorem quondam Gymnasii Ducalis Saxo Hildburgensis meritissimum, ZSCHAKWITZIVM, in percipienda *Historia Imperiali a Gladouio* concinnata, superadditis elementis oeconomicis, feudalibus, politicis, militaribus: Eiusue opera profectus fecit non uulgares in *arte heraldica*, praeeunte praecellebri Giessensium Professore *VVebero*, aequae ac in scientia *Genealogico Politica* domuum illustrium, nec non *Geographia* ueteris, medii & recentioris aevi: Sigillatim is quoque praelectionibus *statisticis* ipsum imbuuit in cognitione originum, incre-

mentorum, decrementorum, iurium, axioma-
 tum politicorum, praetensionum, praerogatiua-
 rum, potestatum, defectuum, indolis regio-
 num & subditorum, tum quoad Reges & Ele-
 ctiores, tum quoad Duces, Principes, Comites
 S. R. Imperii: neque minorem fructum ex fi-
 deli institutione in principis *Iuris connati &*
moralium doctissimi FLEISCHERI, ut & con-
 sultissimi GREIFFII persensit, qui modum
 procedendi in foro, iuxta *Practioam practica-*
tam Boenickii, omni sedulitate commonstrabat.
 Neque laude sua defraudandus est praenobi-
 lissimus M. GRYBERVS, uir in studiis politicis
 per uaria in Angliam, Galliam, Italiam, itinera
 probe excultus & uersatus, ex cuius discursibus
 clarior lux Nostro affulsit in cognoscendis
arcanis Statuum, ac Curiarum, personarumque
 illustrium diuinandis characteribus. Denique,
 ne Ipsi obiici posset, quod de Germanis praed-
 icat *Baillet & Morbofius*, quasi in addiscendis
 exoticis Italorum & Gallorum linguis nimium
 sint solliciti, connatae uero & patriae satis
 negligentes; in id praeter haec omnia, defi-
 xit mentem, ut sermonis & styli germanici pu-
 rita-

ritatem & elegantiam perciperet, eamque ex
 praestantissimi & de litteratura patria optime
 meriti Icti, MENANTES dicti, alias C. F. HV-
 NOLDI *Introductione Epistolarum Germanica*,
 felici successu hausit. Finem jam studiorum
 Academicorum attingens, & publicum illo-
 rum ac comparatae per illa eruditionis testimo-
 nium desiderans, ad nostram peruenit academi-
 am, & ut exantlatis consuetis examinibus Ho-
 noris laurea Ipsi conferatur modeste petiit: ad-
 missus ad illa a Ictorum ordine, tum in doctissima
 resolutione textuum propositorum, tum in aptis
 responsionibus ad quaestiones & dubia obmota
 ita semet exhibuit, ut dignus omnino existimaretur,
 cui honor in legali scientia Doctoralis sum-
 mus conferatur: Illud saltem reliquum est ante i-
 plium actum disputatorium, ut publica lectione in
 Ictorum cathedra auspicali, eruditionis suae exqui-
 sitae specimen edat, id quod crastina luce hora X.
 antemeridiana & hora II. Pom. praestabit, ad *L.*
VII. X. & XII. C. de his quae uiuunt. caus. gest. sunt,
 commentaturus, earumque occasione tum *de*
praestantia differentiarum iuris romani & pa-
trii, tum de legibus ex stoica Philosophia expo-
nen-

nendis, edifferet. Hunc igitur Candidati pereximii actum & panegyrum ut Magnificus Pro-Rector Designatus, iuxta cum excellentissimis omnium ordinum Professoribus, nec non generosi ac nobilissimi Iurium cultores, omnesque literarum fautores praesentia sua cohonestare uelint, est quod decentissime tum collegii, tum meo ipsius nomine flagito & rogo, reciproca obseruantiae & amoris officia singulis re-promittens. P. P. in Academia Ienensi, d. XIII. A. O. R. MDCCXXI:





Digitized by Google

nendis, edisseret. Hunc igitur Candidati pereximium actum & panegyrum ut Magnificus Pro-Rector Designatus, iuxta cum excellentissimis omnium ordinum Professoribus, nec non generosi ac nobilissimi Iurium cultores, omnesque literarum fautores praesentia sua cohonestare uelint, est quod decentissime tum collegii, tum meo ipsius nomine flagito & rogo, reciproca obseruantiae & amoris officia singulis re-promittens. P. P. in Academia Ienensi, d. XIII. A. O. R. MDCCXXI:

